Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-720300-p0001-7

71
Bél 81

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-720300-p0002-2

Szabó III. 4326

GENETHLIACUS
VIRI
Summè Reverendi, Magnifici, Ampliſſimi & Excellentiſſimi
DOMINI
JOACHIMI VVEICKHMANNI,
SS. Theologiae Doctoris celeberrimi, Sereniſſimo Principi à Confeſſionibus ſacris, & conſiliis eccleſiaſticis, ad D. Bartholomæi Serveſtæ Paſtoris primarii & diœceſeos Superintendentis longè vigilantiſſimi,

IPSO FESTO MICHAELIS

tertio Calendas Octobris anni, quô anima pia tales fundit preces:

SIs MIhI ſIs, IesV, DVX, PaX aC VIta SaLVsqVe, Hb 1701

celebratus,

& honorificè

pioq; obſervantiæ cultu notatus

ab

Illuſtris Lycei Serveſtani

Cantore,

DANIELE ROXERO, Ungaro.

SERVESTÆ, Typis Bezelianis.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-720300-p0004-4

VIr ſummè excellens, Doctor WEICKHMANNE Patrone,
Compater optate, et Præco ſalutis ave!
Annua jam redeunt Michaëlis tempora lucis,
Reddita quâ nobis certior alma ſalus.
Qvum victus jacuit Draco, moderator Abyſſi,
Qui cunctos anxit nocte dieq́ue pios.
Hanc lucem meritò devotâ mente revolvo,
Cùm ſit Natali fortè ſacrata Tuo.
Celſus namq́ue DEUS, ſolus qui cuncta gubernat,
Per Te Patronum dat bona multa mihi.
Unde patent varii certiſſima ſigna favoris,
Linguâ, mente, manu, lumine, fronte, pede.
Scilicet adſtantem blandis obtutibus omnem,
Meq́ue pio aſpectu lætificare ſoles.
Quare ad præſentem facili Te poplite confers,
Et lepido ſvaves diſſeris ore ſonos.
Nec tantùm placidè condignâ voce loquendo
Compellas homines, excipis atque manu:
Sed ſimul ut nobis cupiant bene, ſæpe peroras,
Fautoresq́ue probos ſimplice corde paras.

Publi-

Publica præterea manifeſtè ſymbola proſtant,
Queîs recipis laudes, nobiliusque decus.
Quæ non accumulas prolato munera verbo
Sacro, dum nævos corrigis ipſe meos?
Annon ſollicitas ad ſanctæ munia vitæ,
Exſtimulans animos, exacuensque rudes.
Pectora ſolaris cupidè mœrore referta,
Me triſtes inter ſubrigis atque juvas.
Hortaris, penetrem ſperata palatia cœli,
In cœtu Divûm ut ſim, videamque DEUM.
Ergò vive diu, Mecœnas, ſecula vince
Neleudis, domui proſpera quæque fluant.
Quò ſpectes ſanus felicia tempora, cernas
Natalem grato lumine ſæpe Tuum.
Ornes ut ſancti munus venerabile verbi,
Cordaque ſtultorum multa beare queas.
Sis Serveſtanæ Præſul gratisſimus urbi,
Orbi et Anhaltino commoda mille feras.
Vivito pro voto cum chara vivito coſta
Virtutis, cœlum dum potiora dabit.
Cum geniis aliis *Michaël* fortisſimus ipſe
Veſtræ defendat congrua tecta domûs.
At poſt hanc vitam tempe cœleſtia quondam
Mecum cernatis, corde favente precor.

Ung VI 4

(x 2743293)

ULB Halle 3
006 310 079

W017
W18

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-720300-p0007-0

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-720300-p0008-6

Szabó III. 4326

9

GENETHLIACUS

VIRI

Summè Reverendi, Magnifici, Ampliſſimi & Excellentiſſimi

DOMINI

JOACHIMI VVEICKHMANNI,

SS. Theologiae Doctoris celeberrimi, Sereniſſimo Principi à Confeſſionibus ſacris, & conſiliis eccleſiaſticis, ad D. Bartholomæi Serveſtæ Paſtoris primarii & diœceſeos Superintendentis longè vigilantiſſimi,

IPSO FESTO MICHAELIS

tertio Calendas Octobris anni, quô anima pia tales fundit preces:

SIs MIhI ſIs, IesV, DVX, PaX aC VIta SaLVsqVe,

Ho 1701

celebratus,

& honorificè

pioq; obſervantiæ cultu notatus

ab

Illuſtris Lycei Serveſtani

Cantore

DANIELE ROXERO, Ungaro.

SERVESTÆ, Typis Bezelianis.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt

urn:nbn:de:gbv:3:1-720300-p0009-5